



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Diconi Seluatici.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- quod, & qui concurrant. Vide Trident. sess. 13. cap. 4.
- 3 Episcopus electus, non consecratus, non potest actualiter clericum degradare. Barbos. depot. Epist. alleg. cit. num. 24.
  - 4 Episcopus cognoscit contra exemptos in omnibus criminibus requirentibus actualiter degradationem. DD. apud Barbos. ibid. num. 28.
  - 5 Assistentes degradationi debent adesse in cognitione causa, & in pronuncian- da sententia ferre suffragium. ibid. nu. 25.
  - 6 Prelati Religiosorum non habent facul- tatem degradandi suos subditos. ibid.
  - 7 Verbalem degradationem merentur adulterium, concubinatus perseverans post monitionem, simonia notoria, stu- dum, incestus, furtum, peritium, homicide etiam si sit patratum solo consilio, delictum, quo quis sua culpa per- mittit decedere suum Parochianum sine baptismo, & alia, quae inferunt irregu- laritatem. Monet. de distribut. quest. 17. num. 6.
  - 8 Realem merentur haeresis, crimen falsi in litteris Apost. confirimationis in pro- prium Episcopum. DD. apud Barbos. cit. loco num. 11.
  - 9 Item quando quis commisit immane delictum, puta, homicidium qualifica- tur: & in proditorij, parricidio, sta- tricio, combustiones Ecclesie, assassi- nio, & similibus. idem num. 13.
  - 10 Item non ordinatus, celebrans, vel sa- cramento audiens confessionem. Cle- ment. VIII. 1. Decembri 1601.
  - 11 Item solicitans mulieres in confessio- ne, si delictum sit graue. Gregor. XV. in suo Decreto.\*
  - 12 Item criminis nefandi reus. Pius V. in Bulla V. si exercuerit. Barbot. alleg. 44 au- mor. 25.
  - 13 Item reus de abortu animato. Quaranta. V. Abortus. num. 6.
  - 14 Degradatum non potest restituere Epi- scopus. Sylvest. Degradatio, quest. 9.
  - 15 Nisi verbaliter tantum degradatum. Tollet. lib. 1. cap. 50. num. 7.

*Diaconi Seluatici.*

V. Clericus. num. 36.

*Dispensatio.*

- 1 Dispensationes quacunque auctoritate concedenda summarie recon- gnoscantur à locorum Ordinariis. Trid. sess. 22. cap. 5.
- 2 Fiant causa cognita, urgente, & iusta ratione, summa maturitate, & gratis; aliter ceperant surreptitiae: idem sess. 25. cap. 18.
- 3 Circa Canones Pontificios, qui impo- nunt legem ipsis Episcopis, non potest Episcopas dispensare, nisi reperiatur hoc concessum. Sylvest. V. Dispensatio quest. 13.
- 4 Quoties in iure exprimitur, ut cum aliquo possit dispensari, & non dicitur, per quem; dispensare potest Episcopus. To- let. lib. 1. cap. 89. num. 4.
- 5 Et potest in materia leui. Sà. Dispensatio num. 9.
- 6 Dispensatio non impeditur, si dum Pa- pa tribuit facultatem dispensandi, dispe- sandus iterum copulam habeat cum ea, pro qua impetratur dispensatio. Bonac. de leg. dispal. 1. quest. 1. punct. 5. propos. vnic. num. 4.
- 7 Dispensationem obtinens cum ea clau- sula: *in his de causis animum nostrum mo- uentibus: non tenetur eas Commissario significare. Deciduum refert Nald. Dispen- satio. num. 18.*
- 8 Archiepiscopus non potest dispensare in Decretis Synodi Provincialis Barbos. de pot. Epist. alleg. 34. num. 8.
- 9 Episcopus potest dispensare in proprijs constitutionibus sine causa. DD. apud eundem. ibid. num. 2.
- 10 Et in Diocesanæ Synodi Decretis. ibid. num. 3.
- 11 Nisi ille iura mēto ea firmauerit, ib. n. 5.
- 12 Et nisi constitutio transferit in contra- dictum in alterius commodum. ibid. n. 6.
- 13 Et nisi sint confirmata auctoritate Apo- stolica nu. 7.
- 14 Potest dispensare cum illegitimo ad be- neficium simplex, cui est virita Paro- chialis. DD. apud eundem. alleg. 66. m. 48. Plana infra V. illegitimi.
- 15 Potest item ex causa in voto, & iura- mento, non in praetudicium tertij, cui sit ius quasitum. Mirand. in Manu. Prae- tom. I. quest. 47. art. 4. concl. 1.

16 Etiam